



Christerus ex illustri comitum Oldenbur-
gicorum familia natus fuit. Is à pueritia opti-
me educatus, & in armorũ exercitio institutus fuit.
Itaq; cum adoleuiffet, regũ & principum castra se-
cutus, magnum sibi nomen comparauit. Cum au-
tem ipse Protestantium religionis effret atq; Anno
1546 bellum Germanicum effret exortum, ipse sese
Protestantibus coniunxit, atq; suæ uirtutis multa
passim indicia exhibuit. Erat autẽ huic Rheni cura
demandata, ut Burensem comitem transitu prohi-
beret. Verũ is episcopi Moguntinensis opera in
longè alio loco, quàm primò putabatur, Rhenum
superauit. Itaq; Christopherus cum sua legione in

Sueuia Donauerdæ ad maiorem exercitum redijt. Cum autem principũ Ger-
maniae discordia Cæsar uictor esset, Christopherus domum redijt & se intra
suos fines continuĩt. Postea uerò anno 1552 sese Alberto Brandenburgico iun-
xit, & multa præclara facinora hinc inde edidit. Itaq; belli Germanici gloria,
in quo Euangelij doctrina ciuitatibus Imperij restituta, etiam ad hunc Chri-
stopherum redundare constat. Inde etiam apud maritimas ciuitates in ma-
gna existimatione fuit, atq; laudem comparatam retinuit & auxit. Iohan.
Sleidanus.